

Summaria Partis Primæ.

ARTICULI XXIV.

S U M M A R I A.

Dum ipso Jure imposta est pœna negligentiis, & omissionibus, non requiritur declaratoria pœna, requiritur vero declaratoria delicti.
2 Nisi omittatur, quod sit de forma, vel reddit inbabilem ad factum.
3 Quod alii dicunt si privatio, aut nullitas, non habet rationem pœnae, nam si habet rationem pœnae, tunc semper requiritur declaratoria, & num. 4.
5 Et ad declarandum delictum negligentia, prærequiritur citatio.
6 Nemo tenetur ex se subire pœnam, sed solum pati.
7 Licet bona bæreticorum sint ipso Jure confusa, tamen ad executionem requiritur declaratoria Judicis.
8 Privatus ipso Jure bonis amittit dominium statim secundum aliquos.
9 Verior sententia, quod nec possessionem, nec dominium amittat, & num. 10. afferuntur Doctores, & rationes pro hac sententia.
11 Limitant aliqui in delictis notoriis.

- 12 Limitatio refellitur cum Thoma del Bene.
- 13 Aliqui Doctores sentiunt non explicandam esse declaratoriam, si lex, aut Statutum, aut conventio expresse dicat, nulla expectata declaratoria.
- 14 Verum, & adhuc requiri declaratoriam suflinetur cum Thoma del Bene.
- 15 Limita, quando ad executionem non requiritur factum hominis.
- 16 Pro foro interno fur, & latro tenentur restituere statim; pro foro externo, requiritur declaratoria.
Quando restitutio est in pœna, requiritur declaratoria pro utroque foro.
- 17 Fiscus, si negligat capere bona delinquentis, censetur velle illum perseverare in possessione honorum.
- 18 Ex quo etiam potest sequi prescriptio, & num. 19.
- 20 Nec valet paritas de beneficiato negligentem dicere horas Canonicas, qui in conscientia non facit fructus suos.
Quia hic agit de aquirendo, non de perendo.

ARTICULI XXV.

S U M M A R I A.

- 1 Pœna cogitatio quæ nam sit, & quid nomine ejus veniat.
- 2 Actus intellectus præcedit, & illuminat Voluntatem.
- 3 Deus multo zelo ostendit cogitationes cordis, diligenter esse custodiendas.
- 4 Qualiter Deus dicatur scrutator cordium, & rerum.
- 5 Voluntas debet repellere pœnas cogitationes cordis.
- 6 Non repellere pœnas cogitationes censetur consensu interpretatiuus, & virtualis per multis Theologos magni nominis.
- 7 Aliqui Theologi existimarent, quod non
- repellere pœnas cogitationes, sit simplex pati.
- 8 Bonum Consilium est, eas repellere.
- 9 Quanta diligentia adhibenda sit in repellendis pœnis cogitationibus, & afferuntur multa media practicata à Sanctis.
- 10 Elevando mentem ad Deum repelluntur pœnas cogitationes.
- 11 Proderit satis recursus ad Sanctum Angelum Custodem.
- 12 Prodest multum fugere occasiones.
- 13 Quando occasio de se est honesta, vel utilis non est necessario fugienda.
- 14 Negant plures extare præceptum de adhibendis

Summaria Partis Primæ.

bendis remedii pro repellendis pœnis cogitationibus.

- 15 Tenetur homo uti remedio necessario ne labatur in peccatum.
- 16 Sub præcepto negativo decalogi (non concupisces) continetur implicitè præceptum de remedio adhibendo ad non concupiscendum.
- 17 De Jure concessò uno concessa censetur necessaria ad illud, ita præcepto uno, censetur præcepta necessaria ad præceptum

observandum.

- 18 Cogitatio sub conditione, quæ tollat omnem malitiam ab actu, non est necessario repellenda, si verò conditio non tollat omnem malitiam ab actu, tunc est diligenter repellenda.
- 19 Qualis, & quanta differentia sit de conditio in obiecto intrinsece malo, & obiecto solum malo, quia prohibito.

